

Deptatō dyaboli de desperatione

Eando dyabolus septat hominem infirmum per desperationem que est contra spem atque confidenciam quam homo debet habere in deum. Cum enim infirmus doloribus cruciatur in corpore tunc dyabolus dolorem dolori superaddit obiciendo sibi peccata sua presertim non confessa ut eum in desperationem inducat dicens. Tu miser vide peccata tua que tanta sunt ut non quod veniam acquirere possis ita ut dicere possis cum cayn Maior est mea iniquitas quod ut veniam merear. Ecce quomodo dei precepta transgressus es. nam deum super omnia non dilexisti hominibus iniuriam intulisti. et tamen bene scis quod nullus potest salvare nisi seruauerit mandata dei quia dominus dicit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata sed superbe. auare. luxuriose. gulose. iracunde. inuidice accidiose viristi attamen predicari audisti quod propter unum peccatum mortale homo potest damnari. Insuper septem opera misericordie non implesti. quod tamen dominus precipue inquiet in extremo die ut ipsem testatur. dicens huius qui a simbris sunt. Ite in ignem eternum.

Nam esfutui et non dedisti mihi manducare Situi et non dedisti mihi potum ecce. Et ideo iacobus dicit. Iudiciu[m] sine misericordia erit illi qui sine misericordia fuit super terram. Vides etiam quod plures nocte et die in lege dei vigilansime laborantes qui tamen nullatenus de salute sua presumere audent. quia nullus scit an odio vel a more dignus est et ergo nulla spes salutis tibi relinquitur. Per ista et similia inducit hominem in desperationem que super omnia mala est vitanda cuius misericordiam dei offendat quod sola nos saluat. teste prophet. Misericordie domini quia non consumpti sumus. Et augustinus dicit. Vnuquisque positus in peccato si de veritate vera desperauerit misericordiam funditus perdit nihil enim sic deum offendit quod desperatione.